

XII P R A E F A T I O.

---

bus, qui mediorum supernaturalium doctrinam modo attigere; christianorum tum officiis specialioribus, tum motiuis, silentio inuolutis. Quae hac ratione ab illis proferuntur, sunt quidem, fateor, ex reuelatione nonnisi desumpta, sed quae usum reuelationis in Theologia morali, et possibilem, et necessarium, minime prorsus exhauriunt. Immo altera ex parte in campum Theologiae dogmaticae nimium quantum expatriari illos comperi doctores; ex qua scilicet, quae ad ordinem salutis uberiorius enucleandum faciunt, in Theologia morali nimia prolixitate repetunt, articulos, scilicet, de conuersione, regeneratione, renouatione, sanctificatione, iustificatione etc. organa gratiae prolixo simul describentes calamo; ut dogmaticos magis legere, quam morales doctores audire, tibi omnino videaris.

IPSVM nostrum b. AVCTOREM eorum,  
aliquali saltim ratione, ad stipulari sententiae,

avd